

EDITIONIS SECUNDAE XLVIII

EX PETRI ALCYONII
LIBRO PRIORE DE EXSILIO

Audiebam etiam puer ex Demetrio Chalcondyla, Graecarum rerum peritissimo, Sacerdotes Graecos tanta floruisse autoritate apud Caesares Byzantinos, vt integra eorum gratia complura de veteribus Graecis Poëmata combusserint, in primisque ea, vbi Amores, turpes lusus, et Nequitiae Amantum continebantur; atque ita *Menandri, Dipbili, Apollodori, Pbilemonis, Alexis Fabellas, et Sapphus, Erinnae, Anacreontis, Mimnermi, Bionis, Alcmanis, Alcaei, Carmina* intercidisse: tum pro his substituta *Nazianzeni* nostri Poëmata, quae etsi excitant animos nostrorum hominum ad flagrantio rem Religionis cultum, non tamen Verborum Atticorum Proprietatem et Graecae Linguae Elegantiam edocent. Turpiter quidem sacerdotes isti in veteres Graecos maleuoli fuerunt, sed integritatis, probitatis et Religionis, maximum dedere testimonium.

Sunt verba Iohannis de Medicis, qui, dignitate Pontificis Romani auctus, Leo X. dictus est. vid. Colomesius Keiμηλ. Litterar. cap. 15, et Elingius hist. linguae Gr. p. 114. ff. Lips.

LOCI